

DE GLORIOSA CHRISTI DOMINI TRANSFIGURATIONE ET VARIIS EIUS ARCANIS

LIBER OCTAVUS

HOMILIA PRIMA

De contrapositione duplicis montis, in quorum unum Christus transfigurandus assumpsit tres discipulos; in alterum diabolum assumpsit Christum, ut ambo divitias gloriae suae ostentantes, ille veras, hic falsas, mortalium animos ad se allicerent.

Ascensari sumus hodierna die in verticem montis Thabor, ut quam Christus Dominus caelestis Patris aeternam felicitatem delineat, intueamur pariter, et degustemus. Eorum quidem, qui cum Domino montem ascendere, David videbatur sancta livescere invidia, cum dicebat (Psal. 23): *Quis ascendet in montem Domini?* In Thabor, inquam, montem, in quo aperit, et revelat veluti haecenus obductam velo, et operatam gloriae suae imaginem, vivamque effigiem, qua summopere oblectati fuerunt Moyses, et Elias, ac tres Ecclesiae principes, Petrus, Ioannes, et Iacobus, nec non et b. Virgo, quae licet gloriosae Filii sui transfigurationariae interfuit acerbae passioni, de monte tamen celsissimae contemplationis evolavit spiritu ad montem Thabor (Psal. 10): *Transnigra in montem sicut passer*, ibique de Christi gloria congaudebat, et collaetabatur mater, eaque ubertate in eius animam Christus effudit gratiam, ut vel minimum eius radiolum superabundare mihi existimarem, ut de hoc tanto mysterio permulta digna digne effundere valerem. Duos nobis proponit Evangelium Matthaei montes, nec parum inter se distantes: nunc, in quem Christum diabolus assumpsit (Math. 4): *Assumpsit cum diabolus in montem excelsum valde*. Alterum, ubi Christus speciem suam transfiguraturus, tres discipulos assump-

si: in uno tentat diabolus, petique adorari uti Deus; in altero expetit Christus manifestari omnibus, tanquam aeterni Patris Filium. Diabolus, ut quod intendebat, assequeretur, nimirum ut homo suae subiceretur ditioni, inane mundi gloriam ostentat, et ad elargiendam se demonstrat proclivem satis, ac liberalem (Ibid.): *Haec omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me*; at Christus, ut suae par iter dignitatis, sui corporis radianse gloria speciem edit coelestium bonorum. Et sicut diabolus mendacis dicebat sponcione (Ibid.): *Haec omnia tibi dabo*: sic et contra Christus cum illo concertans, veraci edicit pollicitationem (Gen. 13): *Lexa oculos tuos, omnem terram, quam vides, tibi dabo*. Expressam quam certis in monte Thabor felicissimam promissionis terram possidebis, pede illam calcabis, dominaberis illius. Christus igitur, et daemon eundem sibi proponere consequendum finem: uterque enim tanquam Deus coli contendebat; media vero non alia eligunt, quam gloriae, divitiarum, et honorum ostentationem. Haec, quae so, conferamus bona, ut quae nobis noviterum magis conducere, seligamus. Prius enim, ait Spiritus sanctus (Prov. 91), de homine prudenti loquens, *consideravit agrum, et emit illius*: si ferax scilicet sit, et felix, in vero sterilis, et infructuosus. Illud sane sat erat ad explicandam bonorum, quam diabolus spondet, vitulitem, ac turpitudinem, quod diabolica dona esse necesse sit, quae e manibus diaboli egrediuntur. Multa obtulit, pretiosaque munera Abrahae Sodomorum Rex, at S. Patriarcha minime ea accepit, dicens (Gen. 14): *A flo subtegmis usque ad corrigium caligae non accipiam ex omnibus, quae tua sunt*. Sed, quae so, quare Abraham tam sponte, ac laeta oblata fronte accipere tenuis? ne dicas, ait, *ego ditavi Abraham*, hoc detecori mihi maximo esset adscribendum, ab homine impio locupletari. Utinam religiosam pariter et generosam hanc Abrahae responcionem addiderent mercatores, scribae, atque advocati, ut nec postularent ob-

latas, nec indebitas mercedes reciperent: haec enim dona, non Deus, sed diabolus, ut illis decipiatur, elargitur. Mundus equidem Christum Dominum in regem tentavit eligere, sed renuit (Iocn. 6): *Cum cognovisset, quia venturi essent, ut raperent, et facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus*: quasi diceret: Quae mundus mihi offert honorem, respuo, et recuso. Hac teneri deberemus sancta elatione, huic cordis in centro locum praebere, ubi reliquae caduci honoris resident praesumptiones. Verum praeterquam ad despicienda male parta ea sufficiens esse deberet, quod daemone infensissimi nostri hostis munera sunt, ac proinde suspecta, siquidem laet anguis in herba, revera caucta, quae impertitur bona, fatilia, vana, et caduca sunt. Ilanc mirifice explicat veritatem somnium pincernae Pharaonis. Carcere enim detentus videbatur sibi poculum regi offerre una manum, altera vero racemum in cratera exprimere; atque inde expressam diabolicae imaginem munificientiae: non vinum nobis effudit in poculum, sed contusis ex uvis mustum, sanitati scilicet communi omnium opinione medicorum valde contrarium, cuius exhalatio caput perverit, iudicium perturbat, rationis excaecat oculos, et de quo Salomon ait (Prov. 3): *Ingrreditur blande, sed in novissimo mordebit ut coluber*. Nomen divitiae, ut Christus testatur, *spinax sunt, et sentes acutissimi*: eas ergo homines dum in corde servant, capitique imponunt, praecordia, et caput penetrantes, pungunt. Sensuales voluptates quot modis non excreant, atque divexant? Expleta cupidinis libido continuo certe persolvit poenas: infirmat enim corpus, capiti dolorem infert, ocalorum debilitat aciem, dentibus putredinem inducit, nec non politionum et unguentorum ingrata medicamenta sumere compellit: ac totum demum hominem exsiccet, enervat, et penitus absumit. Contemplerur deinde, quam parce caduca deliciae bona daemon praebet: non enim poculam regi propinans, lautiorum potum, et copiosiorum alium porrexit: quam liquorem racemo vi compressionis expressum. Quid hoc aliud est, quam delicias, et voluptates parcissima manu elargiri? In drachmas eas comminuit, et in minutissima elibrat pondera, adeo ut vix summa attingant labia. Si illa parce erga Pharaonem se gessit regia dignitate praefulgentem; parcius sane se geret vobiscum, qui reges non estis. Hanc daemone parsimoniam peregre explicat Ioannes in libro suarum revelationum. Mulierem ait se vidisse lascivientem, aureum manu gestantem poculum, omnesque terrarum orbis idololatras, ut bibentem, invitantem. Attendite, quae so, quam exhansta sit mundi cella vinarum, cum perexiguam vas totum eius vinum capiat. Quod si tot bibituri sint, quot ipse ad hibendum invitat, vix unica danda singulis sufficere gutta, ex quo summa eius inopia, parcas, et avaritia plane imotescit. Illud vero ulterius ponderandum, quod Pharaoni degustandus in somnis offerabatur potus, ut intelligamus eius delicias, nec solida, nec vera esse bona, sed phantastica, et illusoria, velut ea, quae dormientes fabricamus in somniis,

quae postquam expergiscimur, fallacia esse, et mendacia comperimus. Nec silentio praeterfimo immansis tyranum feritatem, dum fame suos opprimit seclatores; atque siti conficit, Tantilaeque ab antiquis fectum illis re ipsa tormentum infert. Tantulus ad fauces usque cibum habebat appositum, et ad labia scaturientem potum; sed cum ille reflexe se cupiebat, obiecta illa evanescebat. Complures scilicet hodie degunt similibus ereccti tormentis, ut suis nunquam satisficere possint cupiditatibus. Quibus id procedudubio accidit, quod Attalico opere contextis figuris: Multos vides lautissimo coidentes convivio: manum ille ad lancem habet extensam, ille ad pocula, sed nunquam potus, aut cibus orti advoveitur. Quot, bone Deus, in regis curijs, quot in Praesulum palatjis commorantur aulici, qui post innumeros labores cum iam sibi potant ad se oppositas dignitates, re ipsa nunquam illas degustant: quod si aliquando obtinent, frequenter vel morte, vel adverso aliquo evenit facile evanescent. Unde non immerito dixerim: eam sabbre poenam hos mundi cultores quam Deus Moyse propter eius vacillationem in eductione aquae ex silice intulit. Illam in montem arduum ascendere fecit, ex quo terrae promissae amoenitas, et pulchritudo cerebatur: hinc prava virentia, varisque distincta floribus; fontes simplicissimi profluentes aquis, pomaria miro artificio consita conspiciebantur. Dixit autem Deus Moyse (Deut. 34): *Vidisti eam oculis tuis, et non transibis ad illam*. Permissis haec poena illi, quam praedixi, Tantulum perlusisse. Ita mundi assecit persaepe contingit. Cogitatione daemon erigit illos ad montem honorum, et deliciarum, eorumque ponit ob oculos dignitatem mitrae nitore praefulgentem; praelaturus aestimationem, et singulis ait: *Vidisti eam, non transibis ad illam*. Dimittit ergo illos famelicos, et perpetuo sitientes. Sane hoc convivium nemo confectum non indicabit. Veritatem hanc aperte cognovit Salomon, qui post degustatas huius mundi voluptates: *Vidi*, inquit (Ecc. 2), *in omnibus vanitatem, et afflictionem animi*; quasi diceret: iam experientia doceor, quae et aliis tenacius adhaerentibus opinionibus dedocere solet, divitias, honores, auctoritates, magistratus, inanes velut nugas existimandos. Hae tendebat Sponsa cum dixit (Cant. 9): *Descendi in hortum meum*. Mundus quidem hortus meum ferax fertillisque est: nucez estis perpancae, si tantisper moveantur, continuo rumor magnus auditur; ita certe honorum, dignitatum, et divitiarum magnus rumor, et fragor auribus nostris prestrepit; sed minor proculdubio ex eis capitur voluptas, quam fallax mundi gloria promulgat. Hoc ipsum indicavit Deus Zachariae, dum e medijs duobus montibus egredi vidit equitum cohortem. Equi rufi, equi nigri, equi albi, equi varii gradiebantur cervicibus erecctis, buci desumptantes, pedibus terram quatientes. Quator hic equi quator indicabant Imperia: nigri Assyriorum dominatum praee moerore cordis, quo regis Assneri affecerat praecordia: rufi Persarum ostentabant sceptrum: multus enim ea dominatione fuit subditorum effusus sanguis: albi Graecoz praese-

homines pro Christo laborem subire, et arare, quia aeternum praemium praesens non adest, sed futurum promittitur, unde laborare oportet in fide, et spe futurae retributionis. Ast mundus, quia delicias, et voluptates exhibet praesentes, appetitum oblectantes, ideo multi hoc praesenti praemio allecti mutant eum, quam Christo inservire; admissum tamen re perpensa mendax omnino est mundus, omnes servorum Dei voluptates in futurum asserens dilatas: complures namque suavissimas experiuntur in terra: nam praeterquam testimonio poliuntur conscientiae, quod maiori valet animi perfundere gaudio, quam omnia simul totius mundi oblectamenta: Paulus in carecerem detrusus, fustibusque acriter caesus divinas delicias praefibans in haec verba erupit (1. Cor. 7): *Repletus sum consolatione: superabundo gaudio. Itaque sicut cum in vase pleno, ex nimia copia aqua per latera superflueret solet; ita vas electionis Paulus tanto gaudio, et consolatione repletus erat, ut ex eo, quod redundabat, alios exhilarare, et consolari posset, ipso dicente (2. Cor. 1): Ut possimus et nos consolari eos, qui in omni pressura sunt.* At vero si quis se nunquam haec experiri subnarraret gaudia, equidem hoc plane crediderim: non sicut, qui cibum aliquem non probat, suavem eius saporem persentire nequit; ita qui spirituale alimoniam sumere renuit, qui nauseat super confessione, communiōne, oratione, ieiunio, elemosyna, et similibus virtutum operibus, dulcedinem, ac suavitatem in eis latentem minime gentium degustabit. Olim Syriae princeps Naaman, antequam Iordanis aquas experiret, videbantur ei aquae Abana illis praestantiores esse; ad experientia facta, dum Iordanis aqua lotione a lepra mandatus fuit, sententiam mutavit. *Gustate ergo fratres, et videte, quoniam suavis est Dominus: experimini peccatorum poenitentiam, compunctionem anteaecae vitae, discite effrenatis sensibus resistere, lascivientium appetitum compescere, culpas praecipue lethales vitare, et ab illis abstinendi tali, ac tam invincibili proposito communiti, ut omnibus rebus, quae coeli ambitus continet, et terrae, marisque sinus in se claudunt, vobis simul oblati, illis omnibus despectis, ac floccipensis divina praecipua illaesa, atque inviolata servare velitis: quod si praestiteritis, vobis non solum spirituales in hac vita delicias, sed futuras nomine eius, qui dixit (Matt. 19): *Si eis ad vitam ingredi, serva mandata, certissima sponse polliceor; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.**

HOMILIA II.

De regalibus comitiis habitis in aula montis Thabor, ut fidelitatis iuramentum principi Christo praestaretur.

Divinus ille Christi Chronistes Matthaeus evangelicae suae historiae (17. cap.) quaedam celeberrima comitia, quibus Deus ipse praefuit, et in quibus fidelitatis iuramentum Principi praestitum, et gravissima alia, ac summi ponderis negotia pertractata fuerunt, nobis fideliter recenset. In primis Deus ipse in omnem imperii sui ditonem promulgare fecit comitia celebranda fore, praecipuus, ut hi, quibus comitiis adesse incumbebat, absque mora in altissima illa, atque amplissima montis Thabor aula convenirent. Confestim ibidem totius regni sui tam veteris, quam novi Testamenti procuratores, et ac omnium indique sollicitiores constituti comparuerunt. Et quidem veteris Testamenti vivendum nomine Elias adfuit, tamquam ille, qui mortalitatis carne vestitus, adhuc vivebat, et usque ad Antichristi adventum superstes permanebat. Vir sane tanta animi fortitudine praeditus, ut regem Achab expugnavit, et septuaginta illius filios, quadringentosque falsi Baal prophetae interire fecerit: tanta apud Deum virtute valebat, ut veluti claves coeli secum ferret ad emittendam, vel conficiendam coelestem pluviam. Defunctorum autem nomine generalis populi Dei dux Moyses adfuit, qui Aegypti fluvios sanguine infecerat, maris undas diviserat, ac demum ipsi Pharaoni formidinem, metamque iunserat, et illum cum exercitu suo in mari submerserat. Hic, quamvis iam huiusce mortalitatis veste exutus esset; quia tamen ibi etiam mortuorum res agebatur, in corpore proprio, ut voluit s. Augustinus, Hieronymus, et Hilarius, vel alio, ut placet s. Thomae (3. p. q. 45. art. 3. ad secundam.) comparuit. D. Petrus Ecclesiae nomine, tamquam illius caput, et coelestium honorum thesaurarius similiter adfuit. Nec defuit ex equitum, potentiumque coetu d. Iacobus: ex pauperum vero d. Ioannes, qui praeco ardenti, atque eximia eius charitate proximorum utilitati consulens, partes eorum egit. Denique divina haec comitia tanto honoris splendore celebrata fuerunt, ut praecipui quoque coeli, et terrae, ac lucidissimi legis scripturae, ac gratiae viri ibidem reperirentur. Aderant enim tres divinae personae beatissimae Trinitatis, Pater in voce sonora, Filius in carne mortali, Spiritus sanctus in lucidissima quadam nube. E terra quoque clarissimi viri adfuerunt, veteris Testamenti Moyses, et Elias: novi vero immobiles illae Ecclesiae columnae, Petrus, Iacobus, et Ioannes. Locum autem ad huiusmodi comitia celebranda, altissimi montis fastigium fuit. Fabius Stapulensis (in cap. 9. Marci) dicit fuisse montem Libanum: at d. Hieronymus, Augustinus, ceterique sancti Patres montem Thabor fuisse asseruerunt, cui nomini consentaneus satis est splendor, et cla-

ritas, quae in eo visa fuit: Thabor enim idem prorsus significat, quod coniat lux. Et quidem consideratione valde dignum est, Deum semper in terris ad quaslibet singulares eius actiones excedens, altissima montium cacumina elegisse. Ut Moysi legem traderet, ad montis Sinai verticem ascendere iussit. Ut evangelicae doctrinae documentis discipulos suos erudiret, montis fastigium velut suggesto eminenti usus fuit. Apostolorum Ecclesiae principum electio, et quinque paucorum celeberrimum illud convivium, quinque millibus hominum factum, in monte quidem acciderant. Tandem in monte Calvario crucifixus fuit. E monte Oliveti ad coelos transvolavit. Et Spiritum sanctum in discipulis in monte Sion misisse nullus ignorat. Id non putaverim absque singulari causa sic facilitum. Ut enim Christus Dominus celsitudinem divinarum mysteriorum, quae in illis operabantur, significaret, altitudinem montium ad illa exequentia eligebat: nisi forte dicere placeat, voluisse nos docere, bona illa aeterna in monte gloriae suae deposita, quo David ascendere cum ardenti animo exoptabat, dicens: *Quis ascendit in montem Domini? summo cum ascensus labore acquirenda nobis esse, proat et Poetarum descriptio illa significavit, qui montem quandam altissimum ascensus arduum, ac difficillimum depingebant, in cuius vertice palma erat, et saper eam virgo quaedam extremae pulchritudinis considerabat.* Per altitudinem montis, difficultatem ascensus: per palmam, quae in plures annos durat, perseverantiam, et animi constantiam: per pulchram virginem, pulchritudinem coelestis patriae significabant; quasi dicerent, illam non nisi labore, et sudore fore obtinendam.

Hic iam praehabitis de loco comitorum, ac regni proceribus ad illum convocatis, quomodo iuramentum fidelitatis Principi praestarent contemplamur; intueamur Principem Christum, qua pompa, qua corporis elegantia, quo vestitum ornatum ad recipiendum huiusmodi iuramentum prodeat. Aeternus Pater Filium suum in monte Thabor throno lucidissimae ciuitatis pubis consistentem, contemendam proponit: cuius splendor aulicorum vice totam illam aulam ornare crenebatur. Christus antiquis illis suis aulicis Moyses, et Elias stipatus aderat: in quorum conspectu maiestatem suam ostentans, immensae gloriae, qua a conceptionis instanti fruebatur, externos radios emisit, quibus et facies, et vestimenta sole rutilantiora, et splendidiora facta sunt (Matt. 17): *Resplenduit facies eius sicut sol; vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix.* Sedente itaque Principe in solio suo regali coram regni, ac imperii sui proceribus, et primatibus, impletum est illud (Psal. 46): *Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham.* Et continuo tractare coeperunt omnes de primo, ac potissimo illorum comitorum capite, de praeslando scilicet eidem fidelitatis iuramento; in quo omnes absque ulla suffragantium discrepantia concorditer exultare, decernentes, ut Christo tanquam supremo eorum Principi, ac coeli, et terrae dominatori fidelitatis iuramentum praestaretur.

Olim homines mitem, ac mansuetum Principem desiderantes, summis precibus a Deo illum efflagitabant, clamantes (Isai. 46): *Emittite Aquam Domine dominantorem terrae;* quasi dicerent: concede nobis Principem pacificum, ac instar angeli mansuetum, ac tractabilem; hucusque iustitiae, et furoris tui sagittis saepe confossi fuimus, etiam usque ad quartam generationem (Exod. 20): *Deus zelotes existans iniquitatem patrum in filios in tertiam, et quartam generationem.* Homines itaque, in quorum peccata Deus summa cum severitate, ac rigore animadvertet, summopere desiderabant, ut regni regem Filio suo carne humana induto traderet (Psal. 71): *Iudicium tuum regi da, et iustitiam tuam filio regis.* Ipse enim habitu inventus ut homo, ita ut possit compari infirmitatibus nostris, nobiscum militis aget. Et iam non Deus altionum, sed Deus misericordiarum, et totius consolationis vocabitur, et tribunal iustitiae in thronum misericordiae commutabitur, ut dixit d. Paulus (1. Cor. 4): *Adeamus eum fiducia ad thronum gratiae eius, ut misericordiam consequamur.* Hanc sane adeo Deus ostentavit, ut diceret David (Psal. 55): *Pro nihilo saluos faciet eos.* Tanta erit clementia huius Principis recens irati, ut pro nihilo, pro unico acta contritionis, pro debita eorum confessione, quae nihil sunt, si cum summo gloriae pondere comparantur, salvos, esse felices, ac beatos faciat. Solemni iam Principi praestito iuramento, regni Procuratores cum eo aeternum Patrem adivere, ut illud confirmaret, et stabiliret: idque adeo pergratum Patri fuit, quod Christum in Principem suum iurasset, ut continuo coelitus delapsa vox audita fuerit (Matt. 17): *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite;* quasi diceret: ad concordiae vestrae confirmationem notum sit omnibus vobis, Principem, cuius obsequio iureiurando vos adstrictis, Filium meum esse legitimum, non adoptivum, sed naturalem: unde regimini eius vos omnes subesse volo: *Ipsam audite.* Quomodo autem in more positum est, fidelitatis iuramenta, quae Principibus praestantur, ut maiori cum religione, et solemnitate fiant, sane crucem, imposita super eam manu, praestari; ita quoque religiosae huius caeremoniae genus nequaquam hic defuit: etiam duo illi veteres prophetae Moyses, et Elias de Christi morte loquentes, crucem ei representarunt, ut his verbis testatur Evangelista (Luc. 9): *Deiebant excessum, quem completurus erat, vel, ut alii vertunt, Loquebantur de excessu amoris, quem in cruce pro hominibus moriens ostensurus erat.* Propriissime quidem Christi mortem excessum appellat sacer Evangelista: nam cum una Christi lacryma, immo vel ut nuncius eius suspirium sufficeret ad peccata non modo unius mundi, sed infaniae multitudinis delenda; certe reliqua quibus, ut ubi abundavit delictum, superabundaret et gratia, excessus fere. Hinc iam ansam sumamus ad perpendendum secundum caput principale, in comitiis pertractatum, nempe mortem Christi. Sane in comitiis, quae inter homines celebrari

consuere, inauditum est, ut de morte principis agatur, ad hoc, ut subditi vitam habeant: ubi enim ad regios redditus repignorandos, vectigalia, novaque tributa, et onera subditis imponenda, et persaepe gravia adeo, ut nec ipsi, nec patres eorum portare poterint, perlongus solet institui sermo; regem autem mori pro regni repignoratione, semel auditum est in comitiis habitis in monte Thabor, Evangelista dicente: *Excessum dicebant. Huc Christi verba tendebant, haec erant eius generosae cogitationes, dignae protecto tanto Principe, ut dixit Isaias: Princes ea, quae sunt digna principe, tractabit, et ipse super duces stabit. Tractabit quidem tamquam munificentissimus Princeps de exercenda erga regum summam maiore largitate, qua nunquam Princeps, aut Monarcha erga suos usus fuit, atque hac ratione subditorum animos devincta, sibi que conciliabit. Sicut et magnus ille Alexander ob summam eius erga omnes magnificentiam ab omnibus diligebatur: Scipio Africanus a cunctis colebatur: Darius omnium animos sibi subiugabat: Antoninus Pius ab omnibus in summa veneratione habebatur: immo, et Titus Vespasianus fuit a suis valde dilectus, eo quod erga eos liberalis adeo existeret, ut cogitante illo diem quandam praeterisse absque beneficio in aliquem collato, dixerit: *Perdidimus diem hunc. Celeberrimus etiam ille Cimón Atheniensis liberalitate, et munificentia insignis adeo fuit, ut nunquam vel minimum ex belli spoliis sibi relinere, sed omnia in milites distribuere: quibus neque vineas, aut praedia sua sepibus, aut vallo circumdari permittebat, ne additum volentibus ingredi praecederet, sed ea omnia viatoribus pateret. Verum omnem liberalitatem hanc a Christi munificentia longe superari, non obscure tradit Evangelista, cum ut vitam nobis daret, mortem acceptavit, a qua humani generis communis salus dependebat. Ceterum in hoc secundo puncto ad mortem spectante concursus omnium subfragantium sententia non fuit. Licet enim Elias tamquam honoris divini zelo aestrans Christum mori optare diceret, ut divini iuris laesioni faceret satis: et quamvis Moyses eiusdem cum Elia esset sententiae, ut pote qui non ignorabat Christi mortem unicum fore remedium ad iram aeterni Patris sedandam; verum Petrus suffragium summi expressurus, interrogatus quae esset eius sententia: Respondens autem Petrus. Praesupponit enim Evangelista eum interrogatum fuisse, ut vocem suam daret, quandoquidem dicit eum respondisse, quia responsio interrogationem praesupponit. Quid tibi videtur Petre, explicita sententiam tuam; videtur ne tibi convenire, ut ego moriturus in Hierosolymam abeam? Domine, ait (Matth. 16), bonum est nos hic esse. Ergo alterius ac diversae omnino prae ceteris sum opinionis, immo consulto ut hic maneamus: melius enim nobis est hic in monte Thabor cum animi iucunditate commorari, quam in monte Calvario variis doloribus, et tormentis affligi. Haec Petri sententia improbata ab omnibus fuit: procedebat enim ex pure humano affectu, iuxta quem Christo volenti se morti tradere antea dixerat**

(Matth. 16): *Abstine a te Domine, non erit tibi hoc. Verum ex Christi acri increpatione, quam ibi sustinerat, didicisse debuerat Petrus, minime suffragio suo voluntati Christi adversandum esse, ne pro redemptione generis humani moretur, audierat enim tunc a Christo (Matth. 16): *Vade satana, scandalum es mihi, quia non sapis quae Dei sunt, sed ea quae hominum. Sed liceat mihi ad Petrum sermonem convertere. Itane Petre reipublicae tuae publico bono consultis? itane sociorum tuorum in montis calce te expectantium invasit oblivio? ita ne fratris tui Andreae, cuius intercessione Deus te a rebus ad futuram vitam Pontificiam evocavit, immemor factus es? itane tuae tantum prospicis utilitati, ut dicas, bonum est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula, quid dicis Petre? inquit s. Augustinus: *Mundus perit, et tu requiem quaeris? Plane amor sui, propinque cuiusque commodum, cum cor tyrannice dominatur, communi omnium bono se praefert, et reliqua spernit, ut propria iura inviolata permanent. Verum Petri sententia adeo omnibus displicuit, ut eo respondendo interrupta fuerit eius responsio (Matth. 17): *Adhuc eo loquente, ecce vox de nube dicens: Hic est Filius meus dilectus. Petri respicite sententiam, longe aberrat a scopo, *Nesciit quid diceret. Attendite Filio meo, *Ipsam audite. Demum ut his, quae in illis comitiis peracta sunt, finem imponamus, id solum observandum duxi, novas ibi pragmaticas, novaque saluta condita fuisse ad rempublicam informandum, ut fieri consuevit in regis comitiis: ubi enim terrestres voluptates, carnis illecebras, ac inanes huius saeculi delicias excerari, et caelestes ac aeternas totis animi viribus exquirere monentur: islae enim verae, et solidae sunt: illae vero futiles, et falsae: nam sub suavi eius dulcedine latitat mortiferum venenum, et post gaudium continuo sequitur luctus, ut eleganter nobis significavit Hieremias, dicens (Hier. 41): *Titula elegans et formosa Aegyptus, quibus verbis statim subiunxit: *Stimulator ab aquilone evanescit ei. Reversus quidem primo loco superbissimas vestes, quibus Aegypti induebantur: et statim subdit vestes lugubres, ac persecutionem in eodem venturam: etenim, ut ait d. Paulus (Rom. 6): *Stipendia peccati mors: fructus, quem percipit peccator ex voluptate, dolor, poena, atque tormentum est. Prohibentur etiam in illis comitiis superba fieri aedificia, quae, licet firmisstrae praesertant, omni tamen carent stabilitate, prout et illa, quae Petrus extruere moliebatur, dicens (Mat. 17): *Faciamus hic tria tabernacula. Filii Cedar antiquitus pulcherrimis quibusdam tabernaculis ad vitam suam in terris deliciosae degendam fabricandis insudabant; Deus autem curam illam nimiam, et supervacaneam sollicitudinem excersatus, ignis irae suae acaula in campos, ubi illa fabricabantur, immisit, quae illa penitus absumpserunt. Si ergo ita cum filiis Cedar actum fuisse legimus; quanto acrius Deus in vos, qui evangelicis documentis instructi, atque edocti estis, insurget, qui noctes, atque dies fabricandis vanis tabernaculis impenditis, immemores eorum, quorum memor David di-**********

cebat (Psal. 83): *Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concepserit, et deficit anima mea in atria Domini. Ad extremum peractis comitiis Moyses, et Elias ad proprium cuiusque locum reversi sunt, et Christus Dominus splendidum illud vestimentum, quo pro solemnitate tanti festi se induerat, exuens, e monte descendit, aeterno Patri gratias referens pro gloria, et honore, quo illum in regis illis comitiis illustraverat, irrefragabile divinitatis suae testimonium exhibens, ut tamquam Filio eius naturali fidelitatis iuramentum omnes praestarent; qui cum Patre, et Spiritu sancto vivit, et regnat in saecula saeculorum. Amen.*

HOMILIA III.

Quam utiles sint bonae electiones, et quam reipublicae noevae pravae, multiplice sacrae Scripturae eruditione, variisque animi conceptibus ostenditur in illa verbu: Assumpsit Iesus Petrum, et Iohannem, et Iacobum.

Antequam examinemus causam, ob quam Christus Dominus puer tres istos discipulos, quam alios ad gloriae illius transfigurationis contemplationem delegerit, operae pretium duxi ostendere, horum, et non aliorum in montem Thabor ascensum omnibus utilem fuisse: non enim minus beneficium censei debet conferri ei, cui nociva futura denegantur, quam cui profutura conceduntur. Rerum enim experientia docuit, patrem duos habentem filios, unum bonae indolis, et virtutis amantissimum, alterum discolorum, ludo, et libidini deditum, non minori beneficio afficere hunc haereditate privando, quam illum haereditem instituendo: subtrahendo enim discolori divitias perinde est, ac si furens gladium, quo se interficere tentabat, auferret. Id etiam natura nos docet, ut observavit d. Chrysostomus (hon. 9. ad Populum), dum teneras adhuc hiemali tempore, ac subnascentes fructum segetes non ferventi calore, ut in aestivo tempore, cum iam in spicam eruperunt, sed modico, et temperato illas fovet, ne tenerae adhuc, et veluti pubescentes nimio solis ardore exuriantur; eadem quoque ratione, ut etiam sapienter adnotavit idem s. Chrysostomus, nubes densas, et coagulatas minime patitur totum aquarum, quem confluent, imbrem simul, et semel in terram proicere, sed guttatim, ne herbae, ceteraque terrae plantae decidentis pluviae impetu corrunt. Idem omnino in favoribus, et gratis distributus observat sapientissima Dei providentia: cum enim praevidit quempiam beneficis culpa sua male usurum, largitatem suam continet; cum vero bene, ex divina gratia eidem munificentissima manu munera impetit. Nec nimis sane a veritatis scopo aberraret, qui putaret non minori beneficentia il-

lum affici, cui beneficia nocivura denegantur, quam cui profutura conceduntur.

Porro iam videamus, quare Christus Dominus hos tres discipulos sibi eligere prae aliis latius esse duxerit. De Petro facilius, et in promptu est responsio. Quemadmodum enim cum quis in aulae alicuius Principis in monium custodem, aut in aliquam cathedralem ecclesiam in thesaurarium recipitur, illi torques pretiosos, zonae variis gemmis distinctae, aureae catena, gemmae, et margaritae, hinc trasa aurea, et galeae, thuribula, erucis, et alia similia ex auro, et argente contexta, quorum custodiam sibi assumit, ostenduntur, ut eorum curam habeat, et rationem reddere valeat; ita similiter cum d. Petrus in thesaurarium Ecclesiae catholicae, et in custodem caelestium monium eligendus foret, aequum erat, ut prae aliis eidem divitiae gloriae, de quibus et dispoerare, ac dispensare Pontificiam facultatem habiturus erat, demonstrarentur. Socios etiam Iohannem, ac Iacobum assumpsit Christus Dominus, imitatus patriarcham Ioseph, qui ut sacrae tradunt litterae, ante regem cum duobus fratribus suis, maiori videlicet, et minori nato se constituit (Genes. 17): *Extremosque fratrum suorum constituit coram rege. Ita etiam Dominus in monte Thabor coram aeterno suo Patre inter Petri sanctitatem, ac Iohannis, et Iacobi inventum, qui totius collegii Apostolici aetate erant extremi, se constituit: a senibus enim, iunioribusque coll vult Deus, et collaudari, ut ait propheta David (Ps. 148): *Senes cum iunioribus laudent nomen Domini. Verum ratio d. Iohannis Chrysostomi, quam tradit (hom. 7. in S. Matth.), mihi uti verior, et solidior magis arridet. Ait enim Christum singularem illum favorem secum ducendi in montem Thabor prae omnibus aliis (Petrum, Iohannem, et Iacobum, eis imperitiss, propterea quod ceteros discipulos virtute, et meritiss praecellerent, ut divino hoc documento edoceantur Republicae capta, hoc est tam saecularium, quam Ecclesiarum Principes, dignitates, officia ac beneficia dignioribus esse conferenda: indebitae enim electionis damnum unum non est, sed multiplex: damnum electo, damnum officio ad quod eligitur, damnum electori ad illud eligenti. In cuius rei veritate comprobanda, tamquam in re magni momenti, pro bono reipublicae Christianae regimine tota huius homiliae versabitur oratio.**

Et quidem ad id in primis insignem illum locum Cantiorum (cap. 1.) expendere oportet, ubi Spiritus sanctus Sponsam inducit dicentem: *Nonne me considerate, quod fusca sis, quia decoloravi me sol. Filii matris meae pugnaverunt contra me, et posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodierunt. Nonne, inquit Sponsa, mirari, quod fusca sis: non enim fusca nata sum, at a natura colore ille mihi innatus est, sol enim offuscavit colorem meum: quia filii matris meae pugnaverunt contra me: fratres mei custodiendae vineae Patris processerunt: posuerunt me custodem in vineis; at quia huiusce rei penitus ignara eram, ideo vineam non custodivi: itaque cum ad huiusmodi custodis vineae officium prorsus inequ-*

ta essem, quae acum ad fila ducenda, non lanceam in manu tenere ad vineae custodiam addidicissem, vinea funditus devastata est; et ego a nimo solis ardore deturpata facie remansi. Haec omnia damna insipientium fratrum illorum electio peperit, damnum vineae, damnum et custodi illius. Non secus in republicae officiis, et dignitatibus distribuendis contingere frequenter videmus: etenim imprudens, et iniusta electio nocumentum officio, et ipsi electo afferre consuevit; quin et praecipue etiam ipsis electoribus. Ad cuius rei comprobationem examinare oportet, qua de causa Deus repentinae mortis casu Ozam extinxerit. Quamvis enim de hac re variae sint scribentium opiniones, atque sententiae; non omnes veritatis scopum attingunt. Doctissimus ille Abulensis (in 2. Regum c. 6) asserit, Deum tam acrius castigasse illum, propterea quod mysteriosam illam sacramentum arcam contigerat, cum tamen ab uxoris concubitu praecedenti nocte se non abstinerat. At cum id culpa non esset, videtur poenam aliquam ob id meruisse, cum poena culpae sit correlativa. Alii cum Nicolao de Lyra in hunc locum censent divinae in Ozam punitionis causam fuisse, quod minori reverentia quam deberat, arcam tetigisset. Verum nec huiusmodi opinio mihi multum probatur: etenim excessiva nimis fuisset illa poena ad culpae illius levitatem comparata, quoniam arcae contactus, ne in terram decideret, cum casus immineret, reverentiam potius, et religionem redolebat. Vera igitur tam repentinae illius mortis causa fuit, ut bene adnotavit Glossa interlinearis, quod cum Oza obligasset arcam humeris suis portare, ipse tamen ut se ab huiusmodi onere eximeret, lancis duobus ad plastrum iuvenicis ferendam Dei arcam commisit; et cum declinantibus a via iuvenicis, et recalcitrantibus, utpote minime iugo assuefactis, Oza manus suam extenderet, ne penitus arca in terram corrueret, Deus tunc ira percussit amplius dissimulare non sinit. Numquid arcam, hominum humeris ferendam, bratis animantibus commisit? poenas absque dubio exolves; et confuso gravi vulnere humeros eius percussit, quibus arcam gestare illi incumbebatur, ut egregie adnotavit Glossa interlinearis, dicens: Percussus est in humeris, quibus secundum legem arcam ferre debuit. Nemo sanae mentis erit, qui iam facile non percipiat, quoniam haec nostra tendat oratio. Animadvertite vos, animadvertite iterum, quae, qui republicae officia tam Ecclesiasticas, quam saecularia conferunt, ne iuvenicis, ne iunioribus inquam minus expertis, ac indoctis ea credatis, ipsi enim velut iuvenic arcum in terram decident, officio suo abutentur, et perperam illud administrabunt, ut et fabula illa Ovidiana, huic argumento valde consentanea, non obscure ostendit. Finitus (in sua Metamorphosis) Ovidius, Phaeontem huic obtulisse favorem, ut uno die solis curas habeat gubernandae sibi committerentur; aurgandi tamen ipso imperio, defectentibus solis equis in terram decidisse, et totam terram combussisse. Fabula haec id, quod non semel, prohi dolor, re ipsa accidit, ad vivum sane ex-

primis: cum enim iuniores litterarum imperiti, et regimini inexperti gubernacula tenent, se, et republicam praecipiant, bona eius dissipant, eoaerent, et absumant. Summo ergo studio, summaque cura providendum est, ut dignis, ac benemeritis officia, dignitatesque conferantur; nisi et electores eadem, qua Oza, ex Dei indignatione poena mulcetri velint, et republicam in ruinam atque praecipitium irucupiant. Quatuor autem esse reperio, quae electiones huiusmodi officiorum vitare, atque corrumpere solent, subornatio videlicet, consanguinitas, antiquitas, et favor. Insignem valde locum habemus (3. Reg. c. 13), ubi habetur: *Quicumque volebat, implebat manus suas, et sebat sacerdos excelsorum.* Haec nostra tempestate in Principum curis ita fieri videmus: omnia sunt venalia, omnia auro comparantur, et qui plus donat, plus adipiscitur. Alia eiusdem Ovidii non minus acuta, et ingeniosa fictio id perspicue ostendit: fingit Aialantam, Iasii regis filiam, cum singulari corporis velocitate praestaret, cursu certamen publicum proposuisse, in quo victus mortis poenam, victor vero coniugii sui praemium obtineret. Pluribus quidem iam ab ea devictis, Hippomenes tandem ad certamen venit; qui ut eam speraret, haec admirabili usus fuit industria: dum enim cursu certarent, hic mala quaedam aurea extra curriculum tractim proiecit; ipsa autem Aialanta auri cupidine attracta extra curriculum prosiliens, ad colligenda mala cursum interrumpebat se inclinabat: interim vero praecurrens Hippomenes hoc adhibito stratagemate victoriam certaminis reportavit. Sane pulchra haec fictio nobis ob oculos ponit id, quod hisce nostris corruptis temporibus in maximam republicae perniciem accidere videmus: qui enim plura mala aurea seminat, qui ampliora offert munera, qui pretiosiora largitur dona, ille praeficitur, ille omnes alios digniores se longe antecellit. Sanguinis etiam coniunctio bonae electioni plerumque magnum praebet impedimentum: unde ait Deus (Exodi cap. 20): *Non ascendes per gradus ad altare meum. Advertite omnes, ne ad dignitates praesertim Ecclesiasticas per gradus consanguinitatis ascendatis; non enim iure sanguinis dandae sunt, sed iure meritum. Unde Iethro licet gentilis, inter cetera dignissima considerata consilia per eum Moysi cognato suo tradita, eidem ita consuluit (Exod. 18): *Provide autem de omni plebe viros sapientes, et timentes Deum, in quibus sit veritas, et qui oderint avaritiam.* Notanda sunt verba illa, *de omni plebe*: non enim dicat, provide solum viros ex sanguine, et progenie tua: etenim in electionibus solius affinitatis, et sanguinis non est habenda ratio, virtute spectata, sed attendenda sunt merita. Alio etiam non minus damabili abusu electiones viciantur, antiquitate videlicet: quippe saepe accidere solet, ut quia quis litteraribus se antiquioris est, eis etiam anteponatur, victori huic indigne referat. Atqui huic pravae consuetudini Deo ingenium valde adversatur, cum primogenituras non antiquioribus, aut primogenitis, sed dignioribus, ac virtute praestantioribus conferre consueverit. Natis enim Cain, et Abel filiis Adae, non*

Cain maiorem, sed Abel minorem sibi elegit. Dnos habebat filios Abraham, Ismaelem videlicet natum primum, et Isaac secundum; et huic illudralem progeniem promittit Deus. Ac deum Isaac erant primogenitus Isaac; et nihilominus illi tamquam perverso, pravisque imbuto moribus, primogenituram abstulit, ac Iacob minorem natu haereditatis successorem designavit, ac fratri suo illum praefecit. Aliis innumeris exemplis divinae litterae sentent, quibus docemur apud Deum non tam valere aenoram multitudinem, quam prudentiam, ac modestiam: quae quia quandoque in iunioribus existit, et senibus deficit, non diffitear illos his quandoque praefereudos esse. Denum nihil est bonae electioni faciendae adeo contrarium, nihil adeo adversum, sicut hominum favor, qui arbitrio suo, nullo ordine servato, officia ac dignitates inter indignos distribuit. Quomadmodum enim olitore cucurbitam prope compressam seminante accidere solet, ut ipsa propter adhaerentis cupressi celsitudinem, in plura etiam cubita excrecat: eodem quoque modo imperti, seu, ut appellantur, idiolae Principi alicui, aut eius familiari amico adhaerentis, eo etiam honoris attingunt, quo nunquam attingere, ne in eorum liquidem cogitationem cadere potuerat. Unde Spiritus sanctus (lib. Proverbiorum) admirabili quadam titur metafora, ut eorum delegat demeritum, qui ad officia, aut dignitates indignos promovere praesumunt (Proc. 26): *Sicut qui mittit lapidem in aereum Mercurii; ita qui tribuit insipienti honorem.* Locus iste difficilis est, in cuius expositione quot capita, tot videtur sententias. Primum omnium aliorum expositiones afferam, quas postquam recensuerim, a nobis excogitatas subiciam. Prima expositio s. Hieronymi valde observanda, ad cuius intelligentiam praesupponendum est, antiquitus gentiles in divinis, seu triviti viarum Mercurii statum ponere consuevisse, in qua quo iter tenderet, scriptum erat; unde violatoris cultus, et religionis causa, et in gratiarum actionem, statum illum lapidibus circumdabant: non secus ac modo peregrini iuxta cruces varios lapides coaequare solent. Hoc supposito, sensus est, quod sicut illi, qui colebant Mercurium, vero Deo iniuriam inferebant, debent honorem, qui ei soli debebatur, falso Deo deferentes; ita etiam, qui ad dignitatem, aut officium aliquod indignum eligi, iniuria afficit dignum, et benemeritum, denegans ei honorem sibi debitum. Alii in hunc modum praedicta verba exponunt, quod sicut ineptum esset, gemmam aliquam pretiosam, smaragdum, vel adamantem in aereum viliam lapidum mittere; ita similiter stultum est margaritam pretiosam alienis dignitatis, vel honoris indigno tribuere. Hebraei doctores aliter ea interpretantur: asserunt enim in originali lingua sanctae reperiri dictionem hanc, *margema*, quae quavis aereum significet, etiam et purpuram denotat, unde perinde fuit, ac si dixeret, quemadmodum si quis saxum aliquod purpura indueret, manifestum demenciae argumentum proderet; non minus stultitiae indicium reddidit qui dignitates, aut officia homini insipienti imperitur. Aliam viam ingressi sunt septuaginta Interpretes, et Paraphrastes: nam ubi nostra vulgata legit: *Sicut qui mittit lapidem in aereum Mercurii*, etc. ipsi vertunt, *Sicut qui ligat lapidem in funda; sic qui dat honorem insipienti*: nam quemadmodum saxum ob eius gravitatem a natura sibi ingentium ad inferiora semper propendet, et nihilominus in funda positum brachii vi, et impetu adeo in altum evolat, ut et aves quandoque transcendat; ita etiam imperitum, et idiotam, qui insipientiae suae, et indignitatis pondere, et gravitate depressus instar lapidis humilia, ac inferiora loca petebat, Princeps in funda favoris sui colloans, et potentiae suae impetu eum sublevans, ad altissimum dignitatis fastigium propter omnium opinionem provehit. Unde non semel factum est, quod quemadmodum saxum in altum proiectum, cessante impetu a proficiente ei impresso, gravitatis suae pondere ad ima rursus descendit; ita etiam non semel accidit, ut imperitis, officioque indignis, deficientibus sibi potentiam favore, ac dignitate, ad quem indigno evectus fuerat, misere deciderat; et sicut etiam impudentes saxum, aut lapidem aliquem proficiens ad illatum dampnum inde resiliens tenetur; ita qui perperam officia, aut dignitates imperti, indignos eligens, et omnia damna propter electi imperitiam, et indignitatem republicae illata resistentia tenetur. Unde videmus saepe numero, Deum in ipsos Principes ob subditorum culpas severe animadvertisse. Peccat Eva, et illius peccati rationem ab Adamo exigit Deus, et ab eo commissi criminis puniio incipit, quae vulvis ab Eva initium sumpsisset peccatum. Peccat populus Hebraeus, et Moyses Deum acriter obiurgat. Alii aliam huiusce loci expositionem tradunt, ad quam stabilendam supponunt, quod sicut refert Didymus in Odysea, Iuppiter praepceptis Mercurio, ut Argum interficeret, qui Iovis mandato obediens, illum occidit; eius tamen mortem segre admodum ferens Iuno, Mercurium in Deorum tribunali tamquam homicidam accusavit: illi autem discussa, ac diligentius causa examinata, nigros, candidosque lapillos accepere: candidis enim ad absolvendum, nigris vero ad condemnandum utebantur, et unanimes omnes candidos in urnam immiserunt, Mercurium, ut Iovi obtemperantem absolventes. Atque ex huiusmodi fictione ansam sumpsit decepta Ethiacorum gentilitas, ad constituendum Mercurium super aereum lapidum, ut egregie facinoris illius perpetua memoria eum cohonestarent. Ait igitur Salomon, quod qui honorificum officium, aut dignitatem indigno tribuit, digno, et benemerito illum praeposens, similis est illis, qui, ut Deae Iunoni placerent, nigros lapides in urnam miserant ad condemnandum Mercurium; quod aliquo candidos mittere debuisse, liberantes eum, qui Iovi mandato obediens, dum exa expositio non parum consentanea mihi videtur, quod quemadmodum, licet viatores soliti essent in aereum statae Mercurii lapides conlicere, cultus, et venerationis gloria, nihilominus tamen plerumque contingebat manum, brachium, aut pedes eius invitos percutere:

non secus, qui insipienti, et indigno honorem tribuit, saepe numero accidit, ut dum se illi obsequuntur, et honorem prestare putant, non modicum damnum inferat, quippe qui non semel in messem alienam manus mittens, quandoque brachium iustitiae humano favori inflectens, ac tandem insumtum peruniquo faciens, imperitiam, et improbitatem suam pariter ostendat, unde opus est, ut honoris sui non exiguam, ac contemnendam laetam patiatur. Accidit certe his, quod contigit corvum, quem, cum viderit vulpes, ut refert Aputeius (libro de Socrate), frustum carnis rostro tenuerunt, cupiens, ut praedam e rostro demitteret, dixit ei: nullo melius te canit cygnus. Tunc ipse volens cygno praeferrri, coepit canere, ut saeviore tantum suum comprobaret. Ad contra eventum, quia rancra voce cecinit, et praedam, quam rostro gestabat, amisit. Non secus accidit eis, qui aliis in dignitate, officio, et honore a seipso cupiunt, qui postquam voti compotes facti sunt, cum prudentia careant, non modo nihil honoris sibi comparant, sed magis illius laetantur, quam dum imperitiam eorum antea ignota palam omnibus fit: adeo ut eadem prognos via, qua apud omnes honorem, ac nominis celebratorem ancupari contentebant, eadem procul dubio maximam detectoris, et ignominiae notam incurrant. Ex praemis igitur cum conclusionem vellem praeremimus, quam Christus nos docuit: secum enim dicens ad montem Thabor tres illos suos discipulos, vitae integritate aliis instigatores, bonae electionis normam dedit, ut ad officia, ac reipublicae munia subeunda semper digniores, aptioresque ad gubernandum praeficiantur, ut antiquitus apud Romanos in more positum fuisse legitimus: nam ut refert Trebellius (de gest. Rom.), cum ad Romani Consulatus electionem accederetur, antiquiores, ac prudentiores Senatores, ut Valerianus eligeretur, unanimi consensu suffragati sunt, ea sola persuasi ratione, ut ipsi attestati sunt, *Quia Valerianus omnibus melior, Valerianus modestus, prudens, gravis, tyrannorum hostis, et victorum nullo magis.* Atque hinc est, quod huic bono regimini insistentes Romani, duo illa solemnia templa, virtutis scilicet, et honoris erigentes, ita ea fabricarunt, ut ad honoris templum ingredi volentes, per virtutis templum transeundum ei esset, ut tradit Iohannes Rossensis, significantes per hoc, honores, et dignitates non nisi dignis, et benemeritis ab electoribus concedendas esse. Nec ignorabat huic rei veritatem Aristoteles (lib. Politic. 6) dum dixit: *Pravos facere dominos non est securum, quia ipsi magis indigent custodia aliorum, quam possint alios custodire.* Verum ad huiusmodi veritatis confirmationem non humanis indigemus monumentis, cum divina ad hanc rem comprobantur non pauca suppetant. In primis arbor illa, quam vidit Daniel foliis abundantem cum summitate altissima; in cuius altioribus ramis aves morabantur, sub umbra vero animalia terrae: manifeste nos edocet, optimam reipublicae compositionem cam esse, in qua viri literati, qui alius vel volucres coeli evolvant, scientiaque, et prudentia conspicui sunt, ad reipublicae gu-

bernacula tenenda, in sublimiori, ac eminentiori dignitatum loco collocantur, imperitiam autem atque ignari, et qui veluti per dispensationem duobus pedibus incedunt, qui aliquo inter quadrupedia computari mereantur, in inferiori, idemque loco permanent. Etenim quemadmodum indecorum esset, si arboris illius ordo inverteretur, ut videlicet terrestria animalia in eminentioribus eius ramis, aves vero in terra sub illius umbra degerent; ita etiam non dispari ratione inordinata reipublicae compositio est, pravum atque execrandum regimen, ut ignari, atque imperiti sublimentur; perdocti vero, et doctrina insignes despiciantur. Hoc ipsum malum Sapiens deplorabat, dicens (Ecc. 10): *Est malum quod vidi sub sole, quasi per errorem egrediens a facie principis, stultum in dignitate sublimi, et divites sedere dorsum; vidi servos in equis, et principes ambulare super terram.* etc. quasi diceret: vidi malum execrabile, valde mundum inversum, stellas in terris facientes, et animalia in caelis habitanda; vidi principia quanta, principes vero pedes: literatos sine dignitate, idiotas ad fastidium eius elevatos; illos abiectos, hos sublimes: illos pauperes, hos divites affluentes. Huc etiam facit illud (Iosue c. 4) cui Dominus dixit: *Elige duodecim viros, singulos per singulas tribus, et praecipe eis, ut tollant de medio Iordanis alveo, ubi steterint pedes sacerdotum, duodecim durissimos lapides.* Quid est quae, quod Dominus ad tollendos lapides e fluvio viros electos voluit, cum ad id rusticiissimi quique idonei esse cognoscantur? Nobis hic Deus significare voluit, in reipublica, populoque suo ad quodlibet illius munus obeundum, viros non quoscunque, sed idoneos eligendos esse: quemadmodum et Apostolos testatur nobis s. Lucas fecisse, qui ad rectorio inserendum septem elegere diaconos, viros insignes, quamvis aliquo officium illud humile erat, neque scientiam aliquam exigebat. Si igitur ad cibum in mensa subministrandum viri idonei electi fuere; quid scientiae, quid peritiae, quid prudentiae, et maturitatis ad reipublicae gubernacula tenenda opus erit? Unde illud inter alia Pythagorae difficultatem in bonis electionibus faciendis agnoscentis notandum est praecipuum: *A fabis abstineo.* Alludit ad antiquum eorum morem, et nunc etiam viget, qui fabis nigris, et candidis approbantes, vel reprobandes electiones faciebant. Marcus Varro hoc Pythagorae praecipuum egregie in hunc modum exponit. Ait fabarum flores quibusdam maculis nigris tinctos esse, graecos characteres referentes, ex quibus haec vox, *luctus*, coalescit: unde cum Pythagoras dixit: *A fabis abstineo*: perinde facit, ac si diceret: electoris etiam imperii munus fuge: etenim sub electionis grato flore luctus latet ingratus, quippe si hominibus places, Deo displicis, iuxta illud d. Pauli (Gal. 1): *Si hominibus placent, servus Dei non essem*: et si Deo placueris, hominibus displicebis, et inimicos non paucos tibi reddes, ut idem d. Paulus dixit (Gal. 4): *Inimicus factus sum vobis, verum dicens: uide quae ergo luctus adest.* At quia multi ab electionibus faciendis minime se abstinere pos-

sant, nec debent, ut principes, et alii reipublicae magistratus, ut eligendi numero recte fungantur, id esse servandum est, quod in officina monetam cunctiduum non semel ego observavi, qui prius ponderabant auri quantitatem, et secundam ponderum modum, et figuram ei imprimebant: aurei simplici simplici figuram, duplici vero duplici imaginem dabant: itaque prius pondus observabant, postea vero iuxta ponderis quantitatem hanc vel illam figuram imprimabant. Ita quoque in electionibus dignitatum, atque officiorum reipublicae faciendum est, quippe ante omnia, merita perpendenda, ac trutinanda sunt; postea autem hic in Praetorem, ille in regem, Auditorem eligatur: hic alius Ecclesiae praeficiatur; illi regem reipublicae committatur: alii vero, qui in saecula ponderis munus habere inventi sunt, in minoribus constituentur, ut si cuncta talenti quantitatem officia deferantur; alioquin innumeram damam erumpent tam reipublicae quam electis, et electoribus. Ad quae vitanda electores imitari Christum Dominum oportet, qui tamquam magis benemeritos, atque digniores praeferebat esse duxit ad consentendum se cum in montem Thabor, Petrum, Iohannem, et Iacobum, ut pariter cum illo mira transfigurationis claritate potirentur; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA IV.

Ostenditur in eo, quod Christus Dominus ex multis discipulis tres solos elegit, ut transfigurationis gloria potirentur, paucitatem salvandorum, et multitudinem reproborum designasse; pariterque aperitur, ex parte nostrae praedestinationis nullam causam, reprobationis vero iuxta multorum doctorum sententiam peccatum existere, in illa verba: Assumpsit Petrum, et Iohannem, et Iacobum.

Subnixo gravissimis d. Ambrosii verbis, de altissimo illo praedestinationis mysterio, concionatoris terminos minime transiens, opportuno loco sermonem instituit: quippe magnus iste Pater (in cap. 9. sancti Lucae), loquens de transfiguratione Christi, ait: *In eo quod Dominus paucos secum detulit ad intuendam gloriam transfigurationis, paucos ostendit esse eos, qui caelestem gloriam sunt adepturi.* Huic igitur divi Ambrosii insigni testimonio haerens, de praedestinatione, ac reprobatione, non ad intellectum tam gravis argumenti subtilitate demulcendum, sed ad volentem potius informandam, et pravos mores coercendos dirigam orationem. Inter caeteras ad prohibendum eternam appetitum blas cogitationes, illa, quae inaequales praedestinationis, ac reprobationis sortes, gloriae deliciarum, aut inferni flammarum aegritudinem in memoriam revocat, omnium potentissima est. Eius utilitatem plane cognovisse mihi videtur David, cum dixit (Ps. 67): *Si dormiatis inter medios ceteros, pennae columbae deargentatae, et posteriora dorsus eius in pallore curvi.* Locus iste adeo difficultis est intellectus, ut doctissimus ille Genebrardus (in Ps. 67), ingeniorum crucem, ac martyrium appellavit; *Locus, de quo tanquam de cruce penderunt omnium generum.* Verum, ut alias plurimas expositiones silentio praeteream, duas tantummodo recensere. Quarum prima est eiusdem Genebrardi: *Si dormiatis, inter medios ceteros, inter medias sortes, inter praesentissima pericula; si vos adeo allictos, si adeo vitae, et capite periculis, videritis, ut velut in bello capiti, super quibus sors per milites iacitur, etius hic, vel ille, esse debeat, ut Aristides Empedocli dicebat: *Una super omnibus sors, vacillatur corporibus, vitae, pecuniae: tunc adeo sereno, ac placido vultu, eritis, sicut columba, quae etiam laqueo innodata, alias candidas, extremitatesque penarum aereas retinet, quibus solaribus exposita radiis, coloribus variis rutilans, intuentium oculos exhibitur. Cuius explicationi assensit etiam Felix, dum interpretatur: *Si dormiatis inter medias sortes, inter medios faeces:* quia et ipsum originale Hebraicum dicit: *Si dormiatis inter medios lebetes, inter medios tripodes, inter medios caecatos, et ollas;* hoc est, si inimici vestri in captivitate vos adeo male, aereaque excipiant, ut ad coquinae abiectionis munia obeunda vos destinent, atque inter ollas, et frixoria, aut sartagine dormire iubeant; tunc vultum elegantem, et formam velut columbae candidas, aureisque virtutum pennis fulgentem ostenditis. Verum nostro instituto, secunda expositio accommodatissima est, supposito quod Chris em dicit est, quod sors, ut exponit divus Augustinus (in Ps. 107): *Si dormiatis inter medias sortes, similes eritis columbae, argentis aureisque pennis ornatae.* Dormire hic significat meditari, et diu cogitare. Unde tritus est loquendi modus, et praecipue apud Hispanos, cum de re aliqua seria, et consideratione digna agitur; dicere: *Dormiam prius, quam super re haec deliberem,* quod idem omnino est, ac si diceretur: *Mature hoc pensabo.* Dicit igitur David, si attente meditaremini duas illas praedestinationis, et reprobationis, gloriae, aut poenae aeternae, inaequales sortes, eritis velut columbae sine felle; et aliae affectuum vestrorum pura erunt sicut argentum examinatum, extrema vitae vestrae auro charitatis deaurata prodibunt. Assida igitur praedestinationis, ac reprobationis cogitatio, ac inaequalium harum sortium seclula consideratio mirum in modum proficua est. Unde Deus eam ad memoriam prophetae Hieremiae reduxit sub egregia illa catarum ficis plenorum melophora, quos in contemplationem raptus intuitus fuit: *Quid tu vides Hieremia? Respondit illi: Dominie calathes ficis plenas, sed disparet inter se valde: unus continet ficus bonas, bonas valde; alter vero malas, malas valde: unus continet ficus suaves, sapidas, bonas, ac optimas; alter autem ficus amaros, inspidas, malas, atque pessimas. Haec sunt istae duae sortes praedestinationis, et re-***